

## 1860. AUS UND ZU JEAN DE RAEY, COGITATA DE INTERPRETATIONE

Vorläufige Datierung: [Sommer 1692]

**Überlieferung:**

- 5 L Auszug mit Bemerkungen aus J. DE RAEY, *Cogitata de interpretatione*, Amsterdam 1692: LH IV 7B, 3 Bl. 65–70. 3 Bog. 2°. 6  $\frac{1}{4}$  S. auf Bl. 65 r<sup>o</sup>, 66 v<sup>o</sup>, 67 r<sup>o</sup>, 68 v<sup>o</sup>, 69 r<sup>o</sup>, 69 v<sup>o</sup> u. 70 v<sup>o</sup>.

bearbeitet von Stephan Meier-Oeser

[Anhaltspunkte zur Datierung:] In einem Brief vom 10. Oktober 1691 informiert der Bremer Pfarrer Gerhard Meier Leibniz über das Erscheinen von de Raey's Buch: »Sed et hoc Tibi, Mi Leibnizi, fuit communicandum nempe Joh<sup>is</sup> Raj librum quendam, cui titulus est, *Cogitata de interpretatione, quibus natura humani sermonis et illius rectus usus tum in communi vita et disciplinis ad vitae usum spectantibus tum in philosophia ab hujus seculi errore et confusione vindicantur, evulgatum esse*« (I, 7 N. 199, S. 390). Bereits Mitte Oktober formuliert Leibniz gegenüber Heinrich Avemann seine Hoffnung, dieses Buch zu bekommen, wobei er seine Erwartung zum Ausdruck bringt, darin ungewöhnliche Inhalte zu finden, welche gerade auch den Juristen, die für die Ausarbeitung dieser Materie in besonderem Maße zuständig seien, nützlich sein sollten: »Spero accipere Joh. Raëi philosophi Amstelodamensis librum inscriptum: *Cogitata de interpretatione et natura humani sermonis*. Expecto ab eo aliquid non vulgare, et JC<sup>is</sup> quoque profuturum, a quibus potissimum excolenda est haec materia.« (II, 2 N. 125, S. 447). Hieraus wird deutlich, dass Leibniz, der dabei offenbar an die juristische Praxis der Interpretation von Gesetzestexten denkt, den gerade im 17. Jahrhundert mehrdeutig verwendeten Terminus der *interpretatio*, der sowohl den Akt der sprachlichen Mitteilung wie auch den Akt des richtigen Verstehens der sprachlichen Mitteilungen anderer bezeichnen kann, in letzterem Sinn verstanden hat. De Raey dagegen verwendet den Terminus bei seinen sprachphilosophischen Erörterungen über den nützlichen und schädlichen Einfluss der Sprache auf das Denken im ersten Sinn. Auch daraus erklärt es sich, dass Leibniz, als er am 26. September 1692 Gerhard Meier von der Lektüre des Buches berichtet, zugleich eine gewisse Enttäuschung bekennt, da er sich von diesem etwas anderes erwartet habe und er auch die Intention des Autors nicht recht verstehe: »Cl. Raëi tr. *de interpretatione* vidi sed tamen alia fateor expectabam nec satis intelligo quid illa sibi velit discriminatio Philosophiae et velut seclusio a facultatibus.« (I, 8 N. 259, S. 444).

30 Bei dieser Lektüre dürften im Sommer 1692 die annotierten Auszüge entstanden sein. Leibniz' zunächst zahlreiche Auszüge und Bemerkungen werden, vielleicht aufgrund seiner enttäuschten Erwartungen, ab S. 250 immer weiter gestreut, für die zweite Hälfte des Buches ab S. 300 liegen nur noch fünf Einträge vor. Längere wörtliche Übernahmen aus dem Text von de Raey werden durch Kursive ohne weiteren Nachweis gekennzeichnet.

35 [Thematische Stichworte:] *interpretatio*; *sermo*; *sermo internus*; *signum formale*; *signum arbitrium*; *voces*; *praepositiones*

[Einleitung:] —

65 r<sup>o</sup>

*Joh. de Raei Philosophi olim Leidensis ordinarii nunc Amstelaedamensis primarii Cogitata de interpretatione, quibus Natura sermonis humani et illius rectus usus, tum in communi vita et disciplinis ad usum spectantibus, tum in Philosophia ab hujus seculi errore et confusione vindicantur[.] Amstelaedami apud Henricum Wetstenium 1692. 4°. Pagg. 668.*

[ad praefationem] Non satis viri consilium percipio[.] Hunc errorem ait maxime a 20 annis 5  
invaluisse, et Cartesianis maxime tribuere videtur, nec putat philosophica adhibenda ad usus  
humanos, quod ibi sermo sit popularis, sed mihi videtur in ipso populari sermone habendas  
certas notiones, neque ipse abnuit[.]

[ad p. 1] Pars generalis. Interpretatio ipsi est sermo inter homines, seu per vocem  
articulatam. Grammatica est ars loquendi pure ex usu, Rhetorica apte ad movendum. [ad p. 4] 10  
Dialectica vel logica ars loquendi ad intelligendum. [ad p. 6] Quarta est consideratio sermonis  
secundum intellectum non communem, cum spectatur veritas non docere Logicam quae ipsa  
sit rerum veritas extra sermonem et cogitationem, vulgo enim conceptus esse verbis accom-  
modatos, et homines magis verba quam res in animo habere (+ non video cur non Logica  
Analysisin tractet recepti sermonis, ita enim perveniet ad veritatem rerum. cum verba vulgaria 15  
aequivoca sunt, hoc ipsum ostendet +). [ad p. 7] Quarta tractatio omissa ab Aristotele libro *de*  
*interpretatione*. Saepe verba prius quam res novimus. [ad p. 8 sq.] In Mathesi pura nomina  
formari secundum rerum veritatem, quod secus in philosophia scholarum, extendere tamen  
Philosophos scholae communem sensum paulo latius, praeconceptasque notiones applicare  
pluribus (+ ut qui ex similibus legibus casus indefinitos resolvunt potius quam ex natura 20  
justitiae +)[.] [ad p. 11–13] Haec vera esse in Metaphysica Ethica Politica, Physica, vulgi,  
atque adeo et in recepta Theologia Jurisprudencia et Medicina, ubi [Philosophi] nimiis sub-  
tilitatibus omnia turbent potius quam explicent. Et esse in eorum sermone confusionem qui  
[sic] non est in sermone vulgi[.]

[ad p. 16 sq.] Philosophia quae res secundum intellectum, et veritatem tractat, accurate 25  
debet docere simplicissima et summa genera rerum, tum et modum sciendi.

[ad p. 18–22] Hanc esse primam Philosophiam seu Metaphysicam (+ an quod Jungius  
vocat Protonoeticam +)[.] vulgaris seu Aristotelica sumens quasi nihil in intellectu ante sen-  
sum, a singularibus seu sensibilibus incipit, vera contra potest et Logica dici seu dialectica ut  
Plato accepit, cum vult eam explicare τὸ ἀγαθὸν αὐτό. Vera Logica debet substantiam rerum 30  
explicare non umbras<sup>1</sup> quae Aristoteles vocat *accidentia* (+ optime ad meum sensum +). Hanc

<sup>1</sup> *Am Rand ein Doppelstrich*

10 ex usu *erg. L*      11 vel logica *erg. L*      19 notiones (1) dilatare (2) applicare *L*  
22 Philosophos *L ändert Hrsg.*      25 Philosophia (1) vera de (re) (2) quae *L*      26 et (1) maxime g (2)  
summa *L*      30 Logica *erg. L*

30 τὸ ἀγαθὸν αὐτό: PLATON, *De Republica*, VII, 540 a8–9.

Plato 30. anno demum attingi voluit, cum vulgaris merito juncta Grammaticae et Rhetoricae a pueris discatur.

[ad p. 23] Communis tamen sensus et rerum intellectus forte conveni[un]t in aliquibus.

[ad p. 24] Sermo est vox articulata animi sensum vel conceptum ex instituto significans.

5 [ad p. 30 sq.] Ratio sive cogitatio nostra videtur tantum quidam sermo internus esse λόγος ἐνδιόθετος, ut logici loquuntur, nec unquam forte de re et sensu sine voce cogitamus[.] Saepe novimus voces ante res. Praesertim *pueri in scholis*, qui *ante res nomina supponunt*, [ . . . ] *et valde multas voces addiscunt, quarum intellectum vel nunquam<sup>2</sup> vel admodum* [ . . . ] *confuse consequuntur. Quod sic non faciunt alii homines, qui prius res* [ . . . ] *quam nomina cognoscunt, quorum hinc ingenium magis aptum esse solet ad veram scientiam.* Nempe Aristoteles *de Soph. El.* c. 5. *cum non liceat res ipsas per se in differendo afferre, nominibus tanquam notis utimur vice rerum.*

[ad p. 32] Passionum notae, ut *risus, fletus, clamor, gemitus, vultus, oculi motus* habent naturales junctos a natura cum affectu aliquo, ac saepe experimur inviti. Etsi arte fingi  
15 possint[.]

[ad p. 33–35] Sed Gestus quibus nutus continentur sunt magis a voluntate, etsi naturalem quandam habeant cum significato connexionem, in his facilius fictio, quia voluntatem magis quam naturam in potestate habemus. Saepe tamen diuturna consuetudine gestus vertuntur in naturam, quo casu conditionem mutant et fiunt notae passionum.

20 [ad p. 35] Cum *sonus campanae* concionem, *hedera suspensa* vinum vendibile significat, hoc signum magis est arbitrarium.

[ad p. 36–38] Solae ideae sunt rerum signa vere naturalia et sunt signa formalia, cum alia sint signa materialia seu instrumentalia ubi idea vel conceptus unius rei facit ut nobis in mentem veniat conceptus alterius rei. Anima est locus formarum, τόπος εἰδῶν, ut veteres apud  
25 Aristotelem dicebant et Aristoteles dixit animam sentiendo fieri omnia[.] Itaque signa faciunt connexionem rerum ut sunt in mente.

<sup>2</sup> *Am Rand ein Doppelstrich*

8 *nunquam* | *admodum streicht Hrsg.* | *vel admodum L*      25f. et ... mente erg. L

6 ut logici loquuntur: vgl. P. GASSENDI, *Syntagmatis Philosophici pars prima, quae est Logica*, in *Opera omnia*, Bd 1, Lyon 1658, S. 31 a-b u. J. CLAUBERG, *Logica vetus et nova*, 2. Aufl. Amsterdam 1658, S. 44 (*Opera*, Bd 1, Amsterdam 1691, S. 781).      10–12 Aristoteles ... rerum: vgl. ARISTOTELES, *De sophisticis elenchis*, cap. 5, 166 b20–168 a16.      24f. Anima ... dicebant: vgl. ARISTOTELES, *De anima*, III, 4, 429 a28.      25 animam ... omnia: vgl. ARISTOTELES, *De anima*, III, 8, 431 b21.

66 v<sup>o</sup>

[ad p. 40] Causa Linguarum diversarum diversitas humorum et spirituum et organorum, quae facit etiam ut diversorum animalium differant soni, in avibus cantus, in equis hinnitus[,] in infantibus vagitus[.]

[ad p. 41 sq.] Praecedunt sonos affectus et hos sensus externi ex quibus tactus est ipsorum intestinorum seu viscerum. Fames et sitis aliquid de natura doloris participant, in siti 5 vellicatio stomachi, in siti oris siccitas. Magis tamen in his spectatur appetitus.

[ad p. 42 sq.] Praeter sensum est assensus quo sic ferimur in affirmandum, ut in fame ad cibum, quasi diceret ad sensum acceder[e] alium actum[.]

[ad p. 43 sq.] Omnes alii sensus sui in cerebro vestigium relinquunt, unde imaginatio et memoria suntque tam sensus quam assensus. Insomnium visum in somno, et secundum 10 sensum viventibus in quibus fortis imaginatio debilis intellectus, ut in pueris, mulieribus barbaris idiotis, etiam vigilantibus quasi accidunt somnia, ut terriculamenta videre videantur[.]

[ad p. 45] Admiratio affectus proxime accedens ad sensum, estque jucunda occupatio animi, et attenta consideratio, quam primum novus hinc rarus in eo sensus facit[,] cum et corpus inopinato vehementius afficitur[.] (+ non sufficit novitas vel raritas, opus est vi, ut 15 insignis sequatur mutatio +)

[ad p. 46] Stupor est *admiratio adeo vehemens*, [...] *ut etiam externa sentiendi et movendi organa sistantur*. [...] *Admiratio non tam in eo posita est, ut faciat novum actum, sed ut eum qui fit confirmet, ejusque vestigium relinquat*.

[ad p. 47 sq.] Itaque valde est utilis ad discendum: Admiratio magis in cerebro et motibus 20 animalibus, caeteri affectus magis in corde et motibus vitalibus[,] eorum causa magis est bonum vel malum quam novum. Amor est affectus unionis, odium separationis. Cupiditas prosecutionis, Fuga aversionis. Ex bono quod non quaerimus sed possidemus voluptatem, ex malo dolorem percipimus.

[ad p. 48] Amor cupiditas Voluptas magis impellunt ad communicandum se alteri[.] 25

[ad p. 56] *Qui non bene audiunt, non bene sequuntur*. Organa connexa[.] Qui audit alterius vocem componit se ad loquendum[.]

[ad p. 60] Libido est caeca quaedam voluntas. Voces ex instituto esse dicimus, quia causa nota non est, etsi forte aliqua olim fuerit[.] (+ ex naturalibus signis, ut stridoris, sibili, clamoris, facta artificialia, ut vox articulata +) 30

[ad p. 61]

Pars specialis

[ad p. 63–65] Voces quaedam tantum sunt notae passionum in anima, non simul rerum extra animam, ut *o, heu, hei, phy, vah*, et similes; quae Grammaticis interjectiones, quae

1 et organorum *erg. L*    5 in (1) stomachi (2) siti *L*    20 Itaque *erg. L*    22 vel malum *erg. L*

absolvunt sententiam sine adjuncto alterius vocis. Suntque partes orationis et notae primi ordinis, magis quam aliae a natura. Sunt tamen ex instituto, et variant populis, ut *euge, papae, utinam, ecce*[.]

[ad p. 67 sq.] Cum *Heu*, dicimus significamus passionem in nobis esse, cum dolorem, aut iram, aut alios affectus, notis nempe secundi ordinis nominamus, non eos in nobis ideo esse indicamus, sed tantum nos de ea cogitare.

Affectus quasi interrumpit orationem, ut interjectiones, et hinc nomen, notavitque Priscianus sic interpositam vocem aliquando interjectione proferri; in Virgilio: *navibus, infandum amissis unius ob iram* et simile aliquid notavit Donatus.

[ad p. 68] Porro ipsi Grammatici interjectiones seu notas passionum primi ordinis explicant per secundas, ut cum dicant *Eheu esse dolentis, phy fastidientis* nec tamen facile est notis secundi ordinis exprimere omnia, quae indicant notae ordinis primi, ut multa sunt in sono et gestibus quae non possumus exprimere verbis, ita multa in mente quae non possumus exprimere sonis; et multa denique in rebus quae non consequimur mente. Hinc non aequè movent scripta, ac pronuntiata, faciliusque orationes quam Comoediae sermone repraesentantur. Major tamen varietas est in notis secundi ordinis ob multiplices considerationes intellectus. Pleraque etiam passiones animi non significantur propria primi ordinis voce, multae passiones sistunt vocem, quaedam magis ad animum referuntur.

[ad p. 71 sq.] Voces autem secundi ordinis ad summa genera revocantur[,] genus primum est affectuum, ex quibus *amor, odium, cupiditas, fuga, laetitia tristitia* simpliciores; *spes, metus, desperatio audacia, ira, indignatio, misericordia, invidia, ira*, magis compositae. [ad p. 72 sq.] Secundum genus est naturalis appetitus, ut *fames sitis*, tertium genus, in toto corpore, ut *dolor voluptas* (nam laetitia et tristitia magis in corde), *calor, frigus, gravitas, robur, sanitas, morbus* etc.

[ad p. 73 sq.] Affectus interdum pro nota ejus sumuntur quod solum in animo est fere sine corporis passione[.] Quaedam voces tertii ordinis ab externo, itaque transferimus calorem in ignem, non dolorem.

67 r<sup>o</sup> [ad p. 76–78] Voces<sup>3</sup> Tertii ordinis secundum sensus externos ex quibus primus et simplicissimus Tactus ubi *calidum frigidum, grave leve*, magis possunt in nobis esse, quam *durum, fluidum, asperum, laeve, flexile*, etc. Gustus et saporis voces paucae, et fere non distinguimus

<sup>3</sup> *Am Kopf der Seite*: ex Rayei n° 2.

1 et notae erg. L    5 notis ... ordinis erg. L    19 autem (1) secundi | (2) ⟨ - ⟩ (3) posteriorem (4) secundi ers. | L    20 fuga (1) voluptas dolor (2) laetitia tristitia L

7–9 Priscianus ... Donatus: vgl. PRISCIAN, *Institutiones grammaticae*, XV, 7 u. TIBERIUS CL. DONATUS, *Interpretationes Vergilianae*, zu VERGIL, *Aeneis*, I, 251.

nisi a subjectis, ut *gustus carnis, odor violae*. Sonorum quoque voces paucae, ut *cantus, vagitus, hinnitus, grannitus, tonitru*, et saepe distinguimus a rebus, ut *sonus Citharae, vitri*. Visus maxime ab externa causa et significat maxime corporum aliorum qualitatem, generalia ibi nomina *Lumen et Color*; particularia, *luminis clarum, obscurum, splendor, fulgor, umbra*; et colorem differentiae *album, rubrum*, etc.; cum proprium nomen non habet, a re nominamus, ut *color lazuli, violae*. 5

[ad p. 78] Accedunt nomina jucundi aut molesti. In visu pulchri et deformis, in gustu suavis fatui; in odore fragrantiae et foetoris.

[ad p. 80–84] Porro quia non scimus quas partes habeat corpus nostrum in affectibus aut alienum in sensibus, hinc satis obscurae sunt res, quae verbis indicantur, ut *fames, ira, rubedo, dulcedo*, nec possumus dicere distinctius quod ipsi non intelligimus. At notiones sunt animae 10 passionum. In externis duplex obscuritas, nam ad intelligendam naturam rubedinis ex. gr. oporteret et nostrum et alienum corpus nota esse.

[ad p. 87] Maxime tactus, vox ut calor, minus gustus ut dulcedo, minus adhuc odoris, multo minus soni[,] minime visus ut color nostri corporis qualitatem significat[.] 15

[ad p. 89] Aristot. 2. *de ani.* 12. videtur dicere species in animo esse sine materia, ut signum annuli in cera remoto metallo.

[ad p. 89 sq.] Qui pro doloris appellatione adhibet solutionem continui, jam loquitur philosophico-medico, et suum praepudicium infert rebus. Ita Cartesianus qui pro lumine adhiberet passionem subtilissimorum globulorum certe non significaret quod sentimus, etsi verum 20 esset hinc oriri lumen.

[ad p. 91 sq.] Male Aristoteles passiones animae notas esse rerum, ut voces passionum et rerum, hoc non verum nisi de vocibus tertii ordinis, nam passiones animae quae sunt ordinis primi et secundi, non significant res, nec nostrae voces adeo quae eas indicant. Sane in diversis hominibus non sunt eadem passiones ab iisdem rebus. 25

Voces primi ordinis erant interjectiones, secundi ordinis eorum quae sentimus in nobis, Tertii eorum quae sentimus in rebus, quarti denique eorum quae sunt vera in rebus. Qualia sunt voces extensionis.

[ad p. 93 sq.] Hinc Mensurae longitudinis, longitudinis et latitudinis seu capacitatis simul, quod fere in agris, ut *jugerum*; longitudinis latitudinis et profunditatis, seu crassitie 30

3 significat | maxime *erg. L* 9 nostrum *erg. L* 9f. aut ... sensibus *erg. L* 11 possumus (*I*)  
clare (2) dicere *L* 18 Qui (*I*) d (2) pro (*a*) dolorem <si> (*b*) doloris *L* 22f. et rerum *erg. L*  
26 sentimus (*I*) distincte (2) in *L* 28f. extensionis. (*I*) Longitudinis non a (2) Hinc *L* 29 seu  
capacitatis *erg. L*

16f. Aristot. ... metallo: vgl. ARISTOTELES, *De anima*, II, 12, 424 a17–24. 22f. passiones ...  
rerum: vgl. ARISTOTELES, *De interpretatione*, cap. 1, 16 a3–8.

quae fere in liquidis et siccis mobilibus, ut *cyatans*, *amphora*, *modius*. Huc et voces Numerorum, cum res indivisa in se divisa ab alia quavis. [ad p. 95 sq.] Sequuntur figurae. Sed ex his magis irregata res a rebus nominamus, ut cum dicimus *figura cultri*, *sagittae*, *domus*. Nomina loci et situs, ut *hic*, *ibi*, *intra*[,] *extra*, *supra*, *infra*, etc. Ubi vicina vel distantia  
5 itemque circumstantia. Sunt et loca specialia, ut *ager*, *domus*, *urbs*.

[ad p. 97 sq.] Nomina Quietis et motus, et in quiete certa figura vel positio, ut *stare*, *decumbere*, motus vocabula generalia, ut *moveri*, *accedere*, specialia animati verb. gr. ut *ambulare*. Sed et qualitas motus variat, ut *volvi*, *gyrari*, *ascendere*. *Velox*, *rectus*, *obliquus*. Ponderum nomina, ut *uncia*. *Scindere* non tam forma motus quam effectus.

10 [ad p. 98 sq.] Nomina Temporis, se habet ad motum ut locus ad corpus[.] Specialia ut *aestas*, *hyems*. *Olympiade*, tempore messis, ut *domi rure* in loco. Natura facit annos, menses, dies, cogitatio horas.

[ad p. 99 sq.] Ut *hic ibi* in loco, ita *nunc tunc* in tempore, *semper* ut *ubique*. Non contemnenda apud Aristotelem temporis definitio.

15 [ad p. 100–102] Intelligimus voces quarti ordinis, aut certe possunt explicari[.] error tantum est, ut cum supponimus eam esse quando non est, ut <m>otum quadratum videtur rotundum.

[ad p. 107 sq.] Sic putamus solem moveri, terram stare[.] gravia a seipsis moveri. (+ Tempus quoque sumimus pro statu, ut cum dicimus bonum vel malum +)

20 [ad p. 109 sq.] Voces quinti ordinis sunt notae cogitationum inter loquendum, nempe quatenus intellectus agens est, cujus ut ait Arist. lib. 3. c. 5. non recordamur[.] quia est expers passionis quae auctori videtur, non contem[n]enda intellectus humani distinctio. Ex his vocibus quaedam respondent interjectionibus, ut *a*, *ab*, *prae*, *propter*, *e*, *ex*, *inter*, *non*[,] *an*[,] *cur*, *et*, *etiam*, *ita*, *sed*, *vel*, *aut*, etc. haec interest quod non faciunt plenum sensum. Haec constituunt  
25 praepositionem, adverbium, et conjunctionem. Praepositiones ad nomen referuntur, adverbia ad verbum, conjunctiones ad sententiam[.]<sup>4</sup> (+ praepositiones ad subjectum, adverbia ad praedicatum, conjunctiones ad propositionem totam +)

[ad p. 110 sq.] Ex praepositionibus quaedam tantum in compositione, ut *dis*, *se*, *dispar*, *separatus*; quaedam tantum in appositione, ut *erga*[,] *apud*, quaedam in utraque, ut *a*, *e*, *ante*.

68 v<sup>o</sup> 30 [ad p. 112 sq.] Non est facile sensus praepositionum habere sine casibus adjectis v. g. *in* significat motum ad locum cum accusativo, in loco esse cum ablativo.

[ad p. 115] Adverbia *ita* et *non*, ut *an*, *quare* referuntur ad propositionem.

<sup>4</sup> *Am Rand*: NB

13f. Non ... definitio: vgl. ARISTOTELES, *Physica*, IV, 10–11, 217 b29–220 a26. 21f. cujus ...  
35 distinctio: vgl. ARISTOTELES, *De anima*, III, 5, 430 a10–25.

[ad p. 119] Sexti ordinis vocabula, sunt de interno animi actu, se habent ad particulas seu notas quinti ordinis, ut 2<sup>di</sup> et 3<sup>ui</sup> ordinis notae ad interjectiones[.]

[ad p. 120 sq.] Passio corporis ab interna causa, transfertur ad animum corpore seposito ut *admirari, amare*. [ad p. 122] Hoc non ita bene in fame et siti.

[ad p. 127] Ut sensus in corpore, ita in animo percepto ut in illo assensus ita in hoc 5  
judicium[.]

[ad p. 128 sq.] Actus animi proprii, ut cogitatio, quae vox generalis[.]

[ad p. 130] Appetitum sensitivum non male Aristotelici opponunt rationali seu voluntate[.]

[ad p. 131] Vocabula quaedam communia sensui interno et externo, ut *interpretari, consentire*[,] *dissentire, quaerere, respondere, enuntiare, affirmare, definire*[,] *dividere*; quaedam 10  
propria interno, ut *cogitare, ratiocinari*[,] *statuere*[.]

[ad p. 133 sq.] *Conari, propensionem, aversionem* intelligimus in mente, in animali, etiam in inanimis[.]

[ad p. 134] Nomina juris, ut virtutum et vitiorum, jureconsultorum, ubi supponitur actus animi accedere actibus corporis[.] 15

[ad p. 136–138] Generales voces, ut *agere*, et Varro notavit *minime putat vulgus esse actionem cogitationem*.

[ad p. 140–144] Epicurei etiam actus mentis corporibus tribuunt, quia putant animam esse subtilia corpuscula. [ad p. 141–144] Scholastici actus corporis saepe tribuunt mentibus, ut cum putant Animam rationalem interne corpus etc. In utrisque multum veri, quod nos docet. Ipso 20  
Aristotele nemo melius haec distinxit[.]

[ad p. 147] Sequuntur voces septimi et octavi ordinis in cogitationibus comparandae cum vocibus tertii et quarti ordinis in passionibus[.]

[ad p. 149] *Significatio septimi ordinis quae translata ad res vera non est, in verbo substantivo quo affirmatio tantum existentiae intelligitur*. Ut cum dicimus *est anima*, <cum> 25  
dicimus *anima est intelligens* est assensus mentis.

[ad p. 153] Huc modi existentiae, *sum, es, est*, personae; *sum*[,] *fui*[,] *ero*, temporis; *sum, sim* modi.

[ad p. 156 sq.] Haec in verbis, et vel de sensibilibus ut *sapore, colore, dolore*, vel de cogitatis omnibus, ut *ens, unum, verum, bonum, substantia*[,] *accidens, totum*[,] *pars*[.] 30

[ad p. 157] Sic et divisibile, *magnum, dominus, servus*, aequale non sunt in regula: *multa dicuntur de subjecto quae non sunt in subjecto*[.] (+ hanc ego non admitto, si vere dicantur +)

8 seu voluntate *erg. L*      18 tribuunt, (1) Scholastici eti (2) quia *L*      26 *est* (1) *cogitans* (2)  
*intelligens L*

16f. Varro ... *cogitationem*: vgl. M. TERENTIUS VARRO, *De lingua latina*, VI, 6, 42.



[ad p. 168–172] Omnis negatio supponit affirmationem, *non ens* supponit *Ens*[.] Negatio saltem significat rem existentem in nobis[.]

[ad p. 177 sq.] Careri videtur posse verbis, seu copula, ut in illo Hippocratis: *ars longa, vita brevis*, apud Hebraeos *dies brevis opus longum*. Sed tunc non discerneretur possibile ab  
5 existente; verum a simpliciter proposito.

[ad p. 188] *Abstrahentium non est mendacium* regula Aristotelis 2. *Phys.* 2. οὐδὲ γίνηται ψεῦδος χωριζόντων[.]

[ad p. 189 sq.] Materia Aristoteli 7. *Metaphys.* c. 1. et 3. τὸ δὲ ὄντως, πρῶτως, ἀπλῶς, τὸ πρῶτον ὑποκειμενον, *proprie primo et simpliciter ens, primum subjectum*.

10 *Punctum, linea, circulus* sunt aliquid corporis, ut loquitur Aristoteles[.] *Calor, color* sunt aliquid mentis quae unita est cum corpore[.]

[ad p. 190] Est in ligno mercurius nam fit ἀφαιρέσει separatione Arist. 1. *Phys.* 7.

[ad p. 193] Cum dicitur Boetio aeternitas, est *vitae interminabilis tota simul et perfecta possessio*, vita quasi corpus est, caetera, ut *inter[mi]nabile, totum, simul, perfectum, possessio*,  
15 quasi umbrae seu accidentia, quae sunt in secundis cogitatis[.]

[ad p. 195] Extensio per se absolvit substantiam corporis, estque ut sic dicam *forma Corporeitatis*[.]

[ad p. 196 sq.] *Posse non magis quam esse qualitatem rei in Extantibus significat extra nos, sed in nobis animi affectum*[.] *opinionem*[.] *spem de eo quod futurum cogitamus in uno*  
20 *propter aliud*, seu relatum ad causam. *Sicut verbum Esse hunc in nobis affectum animi significat quo affirmamus nude et simpliciter sine relatione ad causam*[.] (+ Ego puto esse fundamenta in rebus ob quae hae propositiones sunt verae [+])

[ad p. 201] Arist. *de interp.* c. 3. *Est et non est*, non est signum rei, sed compositionem significat.

69 r° 25 [ad p. 207] Aristotelis<sup>5</sup> sectatores multiplicant Cartesii minuunt Entia praeter rationem[.] Scholasticorum *perversa interpretatio mille figmenta peperit formarum substantialium, accidentium realium, facultatum, [ . . . ] potentiarum, quae neque aliquid corporis, neque aliquid mentis, neque ipsa mentis aut corporis substantia*, et tamen ab ipsis realiter distincta. Hinc

<sup>5</sup> *Am Kopf der Seite*: ex Rayei n° 3

14 vita |est streicht Hrsg. |quasi L

3f. *ars ... longum*: HIPPOKRATES, *Aphorismi*, I, 1. 6f. οὐδὲ ... χωριζόντων: ARISTOTELES, *Physica*, II, 2, 193b35. 8f. *Materia ... subjectum*: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, VII, 1, 1028a10–b8 u. VII, 3, 1029a8–24. 12 *Est ... separatione*: vgl. ARISTOTELES, *Physica*, I, 7, 190 b7. 13f. *vitae ... possessio*: A. M. S. BOETHIUS, *De consolatione Philosophiae libri V*, lib. V, prosa 6. 23f. *Est ... significat*: vgl. ARISTOTELES, *De interpretatione*, cap. 2, 16b19–25.

ineptae quaestiones an attributa Dei sint Deus, [ . . . ] an detur medium inter Ens et nihil [ . . . ] spatia imaginaria, species intentionales. Confundunt rem in cogitatis, cum re in extantibus.

[ad p. 208–211] Vicissim sectatores Cartesii suum proprium vel Hobbesii errorem secuti rejiciunt ea quae saltem veritatem habent in cogitatis. Plus periculi est in ista coarctatione, quam in Scholasticorum nimia dilatatione, volunt nos a multis vocabulis abstinere tanquam insignificantibus et barbaris, quod sine ipsis commode loqui possemus. Sed hoc nos usus docet valde incommodum esse in Philosophia. Tenuis victus et exquisitus eo qui sit plenior, maxima ex parte periculosior ait Hippocrates *Aph.* sect. 1. §. 5.

69 v<sup>o</sup>

Perinde est ac si ob Copernico detectam veritatem nollent nos de ortu et casu solis loqui, quia est in oculis nostris, etsi non sit ὄντως in sole. Aut si quis pro vocabulo caloris vellet substitui *motum varium*. Sed periculosum maxime est in moralibus, ut si honestum voluntate vel arbitrio, substituas pro eo quod est tale natura ut hodie faciunt multi. Idem est si ex praejudicata opinione pro idea in cogitatis simulacra corporea, pro ipsa mente corpus supponas; quasi *ut aliqui fingunt Cogitatio opus corporis [cogitantis] sit, et similis esse possit in homine et in bestia, [ . . . ] nec quicquam amplius quam corpoream rei similitudinem complectens. Quibus ita positus sequitur [ . . . ] quod Dicaearchus apud Ciceronem lib. 1. Tusc. dicit Nihil esse omnino animum, et hoc totum esse nomen inane, inania omnia quae mentibus sensibusque hominum accommodate cum nominibus diversis, consuetudine sermonis ut diversa a corpore supponimus.*

[ad p. 211 sq.] Neque *Ens, essentia*, sunt voces insignificantes ut vult Hobbesius, quod perinde est ac si *affirmatio* nihil significaret, quia non est corpus vel motus corporis, aut si *facultas, actio*, etc. essent nomina inania.

[ad p. 213] Abstractum in concreto veritatem habet; Et Cicero bene notavit qualitatem ποιότης a Graecis esse non vulgi, sed [philosophorum] vocem, sed minime rejiciendam in *Acad. quaest.* Et putat necessaria esse abstracta ad philosophandum ut in Mathesi. Formale in cogitatis est essentiale in extantibus.

69 r<sup>o</sup>

[ad p. 219 sq.] *Ens, pater Rex* sunt supposita adjectiva, ut *sapiens*, complectuntur subjectum cum qualitate[,] quod in nominibus, *homo, mola, culter*, non aequ[e.] (+ ratio quia non involvunt accidentaliter subjecto, seu eo quod permanens intelligitur +). Substantivis istis praepositur articulus *Ein Mann, ein König* (+ nicht *ein warmer ein klam[m]er*, nisi quid subintel-

12 arbitrio, | pro eo *streicht Hrsg.* | substituas pro eo *L* 20 ut vult Hobbesius *erg. L* 23 habet; (1) Unde (2) Et *L* 24 vocabulorum *L ändert Hrsg.*

7f. Tenuis . . . periculosior: vgl. HIPPOKRATES, *Aphorismi*, I, 5. 17 Nihil . . . inane: vgl. M. TULLIUS CICERO, *Quaestiones Tusculanae*, I, 10, 21. 20 Neque . . . insignificantes: vgl. TH. HOBBS, *Elementorum philosophiae sectio prima de corpore*, pars I, cap. 3, art. 4 (M.O.L. I, S. 30). 23–25 Cicero . . . *Acad. quaest.*: vgl. M. TULLIUS CICERO, *Academicae quaestiones*, I, 7, 25.

ligatur +). [ad p. 221 sq.] Ab Adjectivo comparatio, non a substantivo, quod non recipit majus et minus (+ Non *Hominissimus* sed *doctissimus* +). *Bonus* vel *bonus vivit* non absolvit cogitationem, nam suspensi haeremus de quo agatur.

[ad p. 228] Rationes primarum significationum fere amissae, ut *praetor* quasi *praeitor* 5 Varroni[,] *consul* a consulendo, *quaestor* quod quaerendae pecuniae praepositus. Quaedam nomina specialia, ut si *Album* intelligas de Albo praetoris[.]

(+ nomina hodie facta sunt propria, in quibus antiqua appellativa significatio amissa, ut *Leina*, est fluvius, ex liquescentibus nivibus crescens +) [ad p. 229–231] *Spiritus* olim a spirando, venti genus[.] Nemo ita servus aut dominus intelligi potest, ut non supersit aliquid in 10 quo servus aut dominus non sit, nec possit esse; utque de homine nimis alte et superbe sentit, qui sic eum dominari, nimis abjecte qui sic illum posse servire cogitat. Sed accipienda haec sunt ut vacuum, non absolute sed  $\pi\rho\delta\varsigma\ \tau\iota$ .

[ad p. 232–235] Sic *pater*, *filius*, *hostis*, *alimentum*[,] *medicamentum*, *venenum*. Oportet scilicet nosse et servare terminos rerum, quibus contenti sunt sapientes, transsiliant atque in 15 infinitum nituntur stulti et mali; atque in eo nominibus rerum abutuntur. Unde non male Aristoteli in medio posita est virtus. Neque enim sequitur ut Hobbes voluit, quia non ut in Mathematicis possumus regiam aut [patriam] potestatem circumscribere, debere infinitam concedi.

[ad p. 237–241] Ut Aristoteles de igne ait: fluminis instar ignis perpetuo gigni et fluere, 20 etsi id ob celeritatem nos lateat lib. *de juv. et sen.* c. 5. Ita etiam fit in sermone, qui continue mutatur usu atque etiam libidine hominum. Haec de vivis linguis. Secus hodie in Latina quae figi potest; neque debet fluxa inter eruditos ut populi esse lingua. Itaque utile est esse quandam linguam eruditorum, quae certos limites habere possit. Saepe vocabula ex certis vaga facta, cum in aliam transferuntur, ut *respublica*, *philosophus* in linguis hodiernis vulgaribus, quasi 25 vox ignotae significationis definiri debet in latino vel graeco per se intelligitur. Sic veteres linguarum rationes hodie ignota, hodierna enim est quasi alia lingua.

[ad p. 242] Per compendium sermonis ex substantivis adjectiva, ut *Africanus* pro Scipione[.]

[ad p. 243] Non est opus *Romae Constantinopoli* addi epitheton, ut *Alexandro*, quia illa 30 una est nota, *Alexandri* multi, in quibus eminent *magnus*[,] interim *altae moenia Romae* dicit poeta, ob ornatum[.]

14 et servare *erg. L*

17 potestatem *L ändert Hrsg.*

29 *Romae erg. L*

4f. Rationes ... praepositus: vgl. M. TERENTIUS VARRO, *De lingua latina*, VI, 14, 80 u. V, 16, 87. 15f. Unde ... virtus: vgl. ARISTOTELES, *Ethica ad Nicomachum*, II, 6, 1107a. 16–18 Hobbes ... concedi: vgl. TH. HOBBS, *Leviathan*, II, 22 (M.E.W. III, S. 211). 19f. fluminis ... lateat: vgl. ARISTOTELES, *De juventute et senectute et De vita et morte*, cap. 5, 470 a3–5. 30 *altae moenia Romae*: VERGIL, *Aeneis*, I, 7.

[ad p. 249] Rectio in obliquo σχέσις *Urbs Amstelaedami* pro *Amstelaedamum urbs* ita Belgi *die stadt von Amsteldam*.

[ad p. 251] Veteribus Grammaticis casus genitivus sive patrius; quia affectio relative patris ad filium maxime naturalis simulque est genitiva et possessiva. [ad p. 253] Cujus scilicet possessio. Dicitur potest *pater filii* et *filius patris*. At non dicitur potest *Meliboeus pecudis* uti *pecus Meliboei*, etsi dicitur possit *Dominus pecudis* (+ quia plus est in Meliboeo quam quod referatur ad pecus; pecus totum ad Meliboeum refertur +). *Causa mundi* dicitur, non *mundus causae* sed *effectus causae*. *Caput hominis*, *longitudo lineae*, etiam est in homine, in linea. *Lumen solis*, id est a sole, *scientia canendi*, id est de cantu[.]

70 v<sup>o</sup>

[ad p. 255–258] Genitivi usus late fusus *pater Salomonis filius Davidis*, *pecus Meliboei*, *causa mundi* (non vicissim *mundus causae*) *caput hominis* (seu in homine) *longitudo lineae* (seu in linea) *lumen solis* (a sole) *scientia corporis* (de corpore) *scientia canendi*. *Amor Dei* (erga Deum) *pileus capitis* (super capite) *villa Ciceronis* (pertinens ad Ciceronem) *sceptrum Regis* (quo utitur Rex) *tempus vindemiarum* (quo fiunt vindemiae), *statua Minervae* (id est pertinens ad Minervam per similitudinem)[.]

[ad p. 260 sq.] *Omne relativum in [ . . . ] absoluto fundatur*[.]

[ad p. 261 sq.] Non dicitur *homo capitis*, ut *Caput hominis*, dicitur tamen *pars totius* et *totum partis*, estque homo totum[.] caput pars. (+ Et hic non succedit ratiocinatio illa substitutiva. Totum est partis totum. Homo est totum, caput est pars, ergo homo est capitis homo. Ergo hic termini non res vocabulis designantur +)<sup>6</sup>

[ad p. 265 sq.] Discrimen inter relata secundum esse, quae prima sua institutione significant relationem, et secundum dici quae primo significant rem absolutam, et relationem per consequentiam, Burgersdicius *Metaphys.* lib. 1. c. 6. notat situm esse non in relationibus sed vocabulis (+ malim in terminis non rebus +) (+ Salomon est relatum secundum dici, filius secundum esse, sed an sapientia est relatum secundum esse, quia essentialiter involvit subjectum, cum Salomon sine patre esse possit, etsi sine patre fieri non potuerit ut esset. +)[.]

[ad p. ] Oculus qui non videt nec potest videre, est oculus ὀμωνύμιος, ut lapideus vel pictus oculus ut lib. 2. *de anima* c. 1 ait Aristoteles acutissimus humani sermonis interpret[.]

[ad p. 269] Unitas in continuis facit *Unum per se*, in discretis *unum per accidens* (+ sed et continua saepe non nisi in speciem talia quod scilicet semper aliquid adest quod contineat seu cohibeat, ut gregem custos +) (+ pari jure diceret non esse regem, non pastorem, qui non

<sup>6</sup> *Am Rand*: NB

23f. Burgersdicius . . . vocabulis: vgl. FR. BURGERSDIJK, *Institutionum metaphysicarum libri duo*, lib. I, cap. 6, § 14, (Leiden 1640, S. 42) u. *Institutionum logicarum libri duo, ex Aristotelis praeceptis nova methodo ac modo formati atque editi*, lib. I, cap. 19, theorema 1 (Cambridge 1668, S. 59 f.). 27f. Oculus . . . c. 1: vgl. ARISTOTELES, *De anima*, II, 1, 412 b 18–22.

fungitur officio, ut oculus visu privatum non esse oculus, sed haec omnia abhorrent ab usu sermonis. Itaque hic Aristotelem non sequor. +)

[ad p. 272] Non caput, uti sapientia Socrati accedit[.] [ad p. 278] *Uncia auri, amphora vini*[.]

5 [ad p. 279] Praeter *Totum* integrale continuum vel discretum, est *totum* Mathematicum, item *totum* philosophicum, nempe vel metaphysicum seu formale, vel physicum seu essenziale; in quibus totis philosophicis est permeabi(le)[.]

[ad p. 283–285] Longitudo lineae, formale peccati sunt quasi partes formales[.] Nempe non inest per accessionem.

10 [ad p. 286 sq.] Totum Essentiale ex ligno et figura, in globo. (+ Dicimus *lignum globi, rotunditatem ligni*, sed non *globum ligni* +)

[ad p. 290–292] Etsi in homine ut in caeteris automatis naturae, duplex debeat accessio materiae coelestis intelligi, una quae naturale altera quae vivens corpus facit, hinc tamen non sequitur hominem totum non minus quam forte Bruta animantia, atque eo modo quo automata  
15 pneumatica et hydraulica solo corpore subsistere.<sup>7</sup>

[ad p. 295 sq.] Animalia omnia habent sensum Tactus, utque *θερπικόν* (vegetativum) a sensu sic tactus a caeteris sensibus separari potest. Arist. lib. 2. *de an.* cap. 2[.]

[ad p. 305 sq.] Notiones Transcendentium sunt accommodatae ad naturam rerum, ut res sunt cogitatae, non ut extra cogitationem (+ universalia non res sunt sed termini, cum hominem dicimus, intelligimus aliquem utcunque [+]) (+ sed cogitari non est extrinseca rebus  
20 denominatio[.] cum Cogitatione divina producantur, quae nostram sui fecit aliquatenus imitricem et participatricem +)

[ad p. 519 sq.] Qui errat in via, non in eo errat, quod ad unum accedit, sed quod ab alio recedit ad quod accedere volebat vel debebat.<sup>8</sup>

25 [ad p. 520] Nullus error est in iudicio citra negationem. Privatio mali seu peccati origo[.] (+ itaque non inepte ab Aristotele addita formis seu perfectionis, etsi rem non bene explicavit, sed figurae non sunt perfectiones, cum sint potius privationes, et per *ἀφάρειν* fiant +)

[ad p. 559 sq.] Categoriae conceptuum rerum, *calor, odor*, nil in re nisi motus sunt, et tamen in categoriis longe alio loco spectantur.

30 [ad p. 621 sq.] *Omne respectivum in absoluto, omne negativum in positivo fundatur*[.]

<sup>7</sup> *Am Rand:* Raei *de interp.* p. 292

<sup>8</sup> *Am Rand:* NB